causæ eiusdem Terminos semper Peremptorios, vero infir-
mitate pro maiori minorennitate, successionumq legatione intra,
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitus,
vel alias quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo adquietationem praeterea vltra proximos
officij praesentis Castren Capitan Premyslien Terminos,
dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appella-
tiones, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa oid
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensi
onibus, fatalis Iuris, praetextu Terri belli, conventioneq
nec alijs omnibus Iuris remedijs ac defensis non subter-
fugiendo nec alio quovis modo evadendo. Haec sua praesens
personali recognitione ad praemissa omnia accedente.

Tyrawski et Dunikowski mutuo & invicem Intercisam Roborant

270

Comparens personaliter coram officio et Actis praesenti-
bus Castren Capitan Premysliensibus Generosus Franci-
scus Tyrawski olim Generosi Hermolai Tyrawski filius
ab vna, et Albertus Franciscus Dunikowski ab altera par-
tibus, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris,
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren
Capitan Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc
attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omni-

bus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognoverunt et qui
libet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Qua ipsi
se ac suos successores in et super bonis suis gnaliter omni
bus, ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis,
sibi mutuo et inuicem vna Pars alteri, ac Posteris vniusq
Partis, inscribunt et obligant praesentibus Interceisam
certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum
et conditionum in eadem interceisa contentarum, de Actu
et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta
confectam conscriptam, manibus sui Recognoscentium pro
priis ab vtrinq subscriptam in omnibus et singulis eius
dem Interceisae conditionibus punctis clausulis articulis
vadio ligamentis, ac nexibus generaliter vniuersisq fir
miter tenere complere exequi, ac inuiolabiliter obser
uare, omnibusq et singulis Interceisae praefatae contentis
tam in toto quam in quauis minima parte satisfacere.
Interceisam praedictam ad Inscriptionem praesentem robora-
toriam, et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad
praefatam Interceisam vicissim in toto referendo. Idq sub
vadio summae Duorum Millium Florenorum Polonicalium
per partem parti cum Successoribus vniusq partis, ob non
completionem contentorum Interceisae praefatae tam in parte
quam in toto semper toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso
ad

ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citata eius pars una praemissa non tenens, vel ipsius Successores adinstantiam alterius partis praemissa tenentis, sive illius posterorum, ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien, extunc vel ipsu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere, respondere, praetactum vadium luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illumq primum Terminum peremptorium uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, admunimenta, ad evictorem vel alis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. ad Quietationem ultra proximos Officy praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris, proscriptione Terrestri, bello, Conventioneq, ac alis quibusvis Iuris remediis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Podhorodecki Consorti suae Debet.